



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Syrus Episcop. 9. Decembr.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

sordibus inquinatus sit. In peccatis conceptus sum;  
in peccatis. Vivo, & haud scio an moriturus sim in  
peccatis. Ad te confugio, scio enim, quod, qui ad  
Mariam accesserit, impossibile est, ut pereat, hæc est tota ra-  
tio spei meæ Bern.

## S. SYRUS Episcop.

9. Decembr.

*Cum dilexisset suos qui erant in mun-  
do, in finem dilexit eos. Ioan. 13.*

**S**Acra nostra Syrus à D. Hermagora est edo-  
ctus ipse Papientes docuit, multum ea in  
re S. Juventii opera usus, quem sociam expe-  
ditionis Hermagoras addiderat, cuique à mor-  
te Syrus noster medius Martyres inter trium-  
phare est visus. Veronâ transeunti, ut de fide  
nostra dicenti fidem haberent incolæ, testem  
è tumulo mortuum exivit, & cum primum  
Papiam est ingressus, senis civibus gravissimè  
decumbentibus salutem corporis, multò plu-  
ribus deinde animorum tulit, qui verbis mi-  
risque ejusmodi inducti facile Christianis ac-  
cesserunt; tunc præsertim, cum novo hospiti  
cedere hospitem Orcinum videbunt, qui è  
puero Syri imperio illico ad ergastula sua mi-  
gravit. Addo è plurimis aliis illud, quod nuū

A a 4

Papien-

Papiensibus admirationem parere poterat; nobis justissimum metum potest, si impiati sacram mensam frequentemus. Ausus est Hebræus inter Christianos profanus accumbere, Divinum cibum ore exceptum, non stomacho, sed cœno post sacra daturus. Prohibuit Numen, & vindices ignes se ore servare. Sclusus advertit, qui tamdiu miserabili incendio impurum exusserunt, dum quæ Palatio impio pendebat, Hostiam sacram Syri manibus reddidit. Quid hic Christiani? porro mensam cum Judæo impuri acceditis? Non sentitis Ultores hos ignes? graviores sentietis. Ex Surio.

## MEDITATIO.

*De Communione dignè frequen-tanda.*

1. Tria documenta dedit Christus ad dignè comunicandum. Primo decet desiderare Desiderio inquis desideravi vobiscum manducare hoc Pascha. Desiderat Dominus intrare corpus tuum, & tu O! torpide homo non desideras esse cum Christo, ut Deus sit tecum, & tu in Deo. Quoties desiderium hoc excitas vel spirituali communione, vel devotâ Eucharistia visitatione. *Quis det de carnibus ejus, ut saturemur.* Job. 31.

2. Docuit etiam exquisitam munditiam lavando pedes Discipulorum. Non voluit tantum discipulos suos mundos

mundos esse manibus, id est operibus sine culpa, sed etiam pedibus, et nequidem sint vestigia culparum in communicantibus: quâ præviâ satisfactione expurgas vestigia culparum tuarum, pœnas per culpam promeritas? Si qui regiam purpuram coinquant, haud secus, quam qui eam scindunt, puniuntur. quid mirum, si qui immunda conscientia Christi corpus accipiunt, idem supplicium subeant quod illi, qui clavis eum Crucis affixerunt. Chrys.

3. Docuit humilitatem, abjiciendo se ad pedes Apostolorum Vbi mibi nunc locus supereft. exclamat S. Borgias si Dominum meum video infra pedes lude; Et si intra putridum cadaver cuiusque peccatoris video Christum ingredientem, O Dominus meus? O Deus meus! quid ultra ego cinis superbio?

## S. MENN AS Martyr.

10. Decembr.

*Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristias, patiens injustè. Pet. 1. cap. 2.*

Mennam Maximinus Antiochiæ præfecit, suis, ut quidem putabat, sacris, revera Christianis addictum. Erravit feliciter tamen Imperator, neque Respublica unquam melius illic stetit, quam cum Christianis jus Christianus Proconsul diceret, & alios verbis, alios